

FIGURÆ ad pag. 196. de THERMOSCOPIIS.

ICON I.

ABCD. Lamina ænea, ad V X Y Z excavata : ut bulbum Thermoscopii admittere queat.

EF. Thermoscopium Mercurio instructum ita, ut in summo frigore Mercurius hæreat in I. in calore autem ebullientis Mercurii in F.

GE. Bulbus hujus Thermoscopii.

GF. Collum hujus Thermoscopii, divisum, per appositam lamellam, in 600 partes æquales, quæ in hac brevi figura haud omnes definitæ appingi queunt : quare hic in partes majores, 65 partium continentes, exhibentur I K L M N O P Q R S.

GH. Duo semicircelli ænei, quibus Thermoscopium affigitur laminæ ita, ut inde, quoties opus, auferri queat.

*a bcd.* Vas æneum, in quo Thermoscopium, de lamina solntum, imponitur : ut calor liquidi explorandi, dum in vase hoc ebullit, notari queat notula ad collum GF appressa, quæ dein applicatu laminæ divisæ gradum exhibet quæsitum.

ICON II.

A. Vas cylindricum cavum apertum ad *a*, aqua plenissimum. Idem vas charta D ad os patulum *a*, & aquam tectum, dein universon in aère libero ; nulla aqua effluente. Idem vas, charta D, sic tectum, in situ horizontali detentum, nulla aqua effluente.

B. B. Vasa conica. Similiter se habentia.

C. Ampulla similiter, aqua plena, charta tecta inversa, sine exeunte aqua.